

P V I S



1 6 0 3

XI

19

DISPUTATIO
DE
VERBO DEI SCRIPTO,
ET NON SCRIPTO.

IN QVA,

PRÆSIDE GEORGIO MYLIO
AVGVSTANO, D. PROFESSORE
THEOLOGO, ET ACADEMIAE CAN-
cellario, pro obtinendo, ut loquuntur, loco in Fa-
cultate Theologica disputaturo, pro ingenij
viribus respondebit M. BALTHASAR
LEVTINGERVS, Die xxx Iulij,
M. H. VI. in auditorio
Collegij noui.



k.

VVITEBERGAE.
Excusa typis Simonis Gronenbergij.
M. D. LXXXV.

75



DE VERBIS DOMINI
DIEVI PATRI
& DOMINI IESU

VERBIS QUAE SUNT
IN NON SCRIPTIS

PROFESSE GEORGIO MYLIO

AVGVSTINO DE S. S. S. S.

ACADEMIAE S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.

IN S. S. S. S. S. S. S. S.



DE VERBO DEI SCRIPTO,
& non scripto.

THESIS I.

LICET addiscentem credere oporteat, & disciplinarum principia minimè in cōtrouersiam vocari debeant: Verbum autem Dei, Religionis Christianæ sit principium, maximè omnium αὐτόπιστον καὶ ἀναπόδεικτον

πρόδεικτον: Theologiæ tamen tractandæ initium facturum, dum de Verbo Dei disputationem præmittimus, reprehensionem nos nullam esse incursum apud æquos iudices existimamus. **II.**

Nam ut de constituendo partim, firmandoq; partim explicando Theologiæ, Religionis & fidei Christianæ principio isto laboramus haud immeritò: ita hoc ritè ac firmiter posito, ad ea, quæ sunt inde consequentia, feliciter progredimur. **III.**

Verbum ergo Dei religionis Christianæ, totiusq; adeò Theologiæ syncerioris fundamentum ac principium esse verissimum firmissimumq;, piè indubitanterq; statuimus. **IIII.**

Verbum DEI est doctrina cœlestis, quam Deus
A 2 quoquo

quoquo modo reuelatam, de sua voluntate & essentia, generi humano patefecit, in cuius agnitione fideque homines instituti, ad beatam immortalitatem aspirarent.

V.

Nam ut, quicquid homines de animi sui sensibus enunciant, id verba & sermonem eorum appellare consueuimus: ita quicquid DEVS humano generi reuelatum voluit, id verbum eius nuncupamus.

VI.

Heb. r. Est autem multoties, & multifariam locutus DEVS.

VII.

Exod. 33. Adæ, Mosi, atque aliis nonnullis, à facie ad faciem locutus est Deus, qui summus dignationis gradus est, quo in hoc mundo homines à Deo potuerunt affici.

Gene. 32.

VIII.

Gen. 18. Nonnunquam sub imagine Angelica nota fecit, de quibus homines Deus à se certiores reddi voluit.

IX.

Aliàs per visa hominibus suam voluntatem Dominus manifestauit.

X.

Quandoque per somnia significatum est hominibus, quod Deus de mente sua ipsis innotescere voluit. Admiranda.

XI.

Admiranda fuit Pectoralis Pontificij, Urim & Thumim, in sacerdotali veste Ephod, reuelatio. De cuius ratione tametsi non satis constat ex scripturis: certum tamen est, ex eius usu atq; intuitu sacerdotes de voluntate diuina redditos fuisse certissimos.

XII.

Prophetis maximam partem: cœlesti quodam afflatu Spiritus sui locutus est Dominus.

XIII.

Nonissimis diebus locutus est nobis Deus per FILIUM. Heb. 1.

XIIII.

His omnibus tametsi magna inesset, quod ad reuelationis modum attinet, varietas: una tamē atq; eadem fuit omnium cœlestis veritas, atq; huius respectu, par & æqualis omnium autoritas: quippe de voluntate Dei iustissima atq; optima, summa certitudine testatium.

XV.

Porro qua primis illis mundi temporibus de voluntate Dei, humano generi prodita sunt oracula: eorum non erat alia vel conseruandi, vel propagandi ratio, quam per depositum fidei certorum quorundam hominum, quibus illa ad custodiendum religiosè concredita, & ad tradendū ea posteritati de manu ad manum demandata erant. Quo in genere illustris fuit Patriarcharum pietas.

XVI.

Semper enim in suo populo primaria quaedam lumina, spectat & q₃ fidei viros conseruauit Deus, qui doctrinam cœlitus reuelatam, potissimum promissionem de venturo Messia, suæ ætatis hominibus & inculcârunt fideliter: & hominum ignauia atq₃ incuria obscuratam restaurârunt strenuè atq₃ illustrârunt.

XVII.

Quæ conseruata & propagata doctrinæ cœlestis ratio neq₃ incōmoda, neq₃ periculosa fuisse istis temporib₃ videri debet.

XVIII.

Nam cum Patriarcharum non minus indubitata in populo Dei esset autoritas, quàm perspecta fuit apud Deum fides: simul etiam ætas eorundem longæua in sera usq₃ perduraret secula: commodè satis tutoq₃ Deus hominum istorum opera cœnâ uiuis tabulis, usus est, quorum studio & fide doctrina cœlestis & conseruaretur, & propagaretur.

XIX.

Neq₃ verò infeliciter, à Deo hanc usurpatam fuisse rationem experientia testatur eorum temporum, quibus & maior erat, quàm postea fuit, generis humani raritas: & longior etiam, quàm nunc est, hominum in hoc mundo uiuentium ætas.

XX.

Rarissima enim erant, neq₃ diu durabilia de religione

gione atq; cultu Dei in populo Dei dissidia atq; schismata: quippe autoritate eorum, quos illa secula habebant, & fide & etate spectatissimos (Patriarchas intelligimus) è medio quamprimum sublata.

XXI.

Posteris verò temporibus, cum partim inualescente viuentium numero, partim pomeriis etiam Ecclesia latius, per dissipationes populorum, propagatis, & etas hominum decreceret, & cum eadem minueretur quoq; pietas, adeo ut quidam ex precipuis Patriarchis irretirentur cultibus idololatricis: grauissima ratio fuit, & ad salutem humanam ineuitabilis Deo visa est necessitas, ne verbum Dei vel prorsus amitteretur, vel corrumperetur certè, rationem hactenus in conseruando & propagando suo verbo usurpata mutare deinceps, & nouo inducto more penitus antiquare.

XXII.

Mos ille nouus scripturae fuit introducta. Nam Mose primùm, postea Prophetis, deniq; Apostolis atq; Euangelistis excitatis, atq; his omnibus à Spiritu sancto peculiariter impulsis atq; illuminatis, factum est tandem per Dei voluntatem, ut scripta sint, quae saluti credentium sufficere visa sunt.

XXIII.

Has ergò quòd ornatus potius quàm necessitatis

A 4

caussa

loh. 24.

Iren. l. 1. c.
3. August.
in Ioan.
Tract. 49.

caussa introductas esse, & postea usurpatas (ut in re
impia barbarè sunt locuti) de bene esse regiminis Eccle-
siastici magis, quàm de essentia esse, nostris temporibus
quidã sunt ausi dicere: impium errorè cum summa
blasphemia coniunctũ appellare optimo iure possumus.

XXIII.

Quas quòd Diabolo summè exosas & à tyrannis ad
abolitionem aliquoties studiosissimè requisitas, Deus
admiranda bonitate, factas tamen tectas ad hæc usq;
secula conseruauit: id vel solum iudicio esse manife-
sto poterat, quantum in ea ad salutem publicam mo-
menti positum esse humano generi Deus iudicãrit.

XXV.

Nec minùs memoratu dignũ est, quòd Decalogum
(quem inter scripta sacra primũ venisse in moni-
menta literarum arbitramur) suo pte Deus digitata-
bulis inscriptum voluit: Quibus fractis illicò, tametsi
alias Moses sua manu descriptas substituit: Scriptu-
ra tamen sanctæ auspiciũ non nisi suo digito Deus
consecratum primitus voluit. Cuius eiusdè iussu ma-
num tabulæ Moses scriptor primus ad scribendum ad-
mouit: quem alii deinceps sacri Scriptores pari instin-
ctu secuti, non humana voluntate, sed Spiritu sancto
inspirati ut locuti sunt, ita etiam scripserunt.

Exod. 31.
32. 34.

2. Pet. 1.

Quorum

XXVI.

Quorum quidem Scriptorum mentes sic illuminauit, manus ita gubernauit in scribendo Spiritus sanctus, ut à veritate tam nullibi aberrarent, à certitudine nunquam deflecterent, imò etiã scribendo hallucinari nullo modo possent.

XXVII.

Scripta autẽ horum non suppressa latere, sed statim in lucem prodire voluit Deus, ut passim fidelium cœtui, viuis temporis testimoniis innotescerent, & (quod ad Canonicam autoritatem requiritur) non certitudinis tantum de autore: sed indubitata etiam sanctitatis atque veritatis fidem acquirerent. Qualia sunt quæ Canonica dicuntur scripta omnia: merito sic dicta: quippe quòd ad horum amissim omnis in religione veritas & falsitas exigenda est.

XXVIII.

De quorum vero Scriptorum, per se licet optimorum, vel autoribus dubitatum est: vel si hoc constitit maxime, peculiari tamẽ vocationis diuinæ ad scribendum, & gubernationis in scribendo, priuilegio usos esse non fuit manifestum: ea pro Apocryphis sunt ab Ecclesia habita, quippe quæ obscuram & incertam fidem habeant. Quæ scripta in Canonem referri, aut Canonicis equiparari nullo tempore possunt. Hanc

supra

XXIX.

Hanc doctrinæ celestis, ut conseruanda tutissimam, sic propaganda commodissimam rationem, prioribus illis ita subiunxit Deus, in cuius solius liberrima potestate est, de iis, quæ ad salutem nostrâ attinent, statuere, ut eam, hoc quidem durante mundo, neq; mutaturus sit, neq; abrogaturus. XXX.

Et quia in sacrosancta monimenta sunt relata (quâ- tum quidem scire ad salutem nostrâ intererat) quæcunq; Deus quibusuis reuelationum modis humano generi olim patefecerat: hinc factum est tandem, ut completo constitutoq; scripturarum Canone, cessarint omnes alii reuelationum modi publici, atq; in scripturas Canonicas tota diuinarum reuelationum ratio redacta atq; conclusa sit. XXXI

Fallunt igitur & falluntur grauissimè, Montanus, Suencfeldius, Romanenses, & alii hoc genus heretici, qui verbo Dei scripto vel partim, vel uniuersim repudiato, alii ex nouis afflatibus celestibus, alii traditionibus *ἀρχαίους* de veritate & salute nos edoceri posse, homines malè feriat autumant.

XXXII.

Enimuerò quem Ecclesia primitiua ad cognoscendam Dei voluntatem, Oraculorum, Visorum, Somniorum, Afflatuum, Traditionis Angelicæ vel humanæ, atque

atq; adeò etiam Pectoralis Ephodici vsum habuit san-
perquam certum atq; illustrem: eum plenissimè, com-
modissimè, firmissimè compensat S. Scripturarũ the-
saurus, qui vel maxime tempori Gratia & lucis Eu-
angelicæ peculiari beneficio Dei reseruatus, tantò ni-
mirum aliis reuelationum diuinarum modis etiam
est præstantior, quantò visus est Deo & corrigendis
prioribus, & tempori gratia illustrando aptior atq;
conuenientior.

XXXIII.

Verbum ergo Dei nos nostro seculo Scriptura tantis
sacrosancta definimus. Nam ut pro verbo Dei, nisi
scripturis expressum, nihil quicquam agnoscimus: ita
quicquid illis continetur, Verbum Dei & voluntatem
Patris nostri cælestis esse, firmissimè credentes confite-
mur.

XXXIII.

Hoc nixi fundamento immobili, cõstanter asseuera-
mus, cum Verbum Dei sit mensura & norma fidei no-
stræ: Verbum autem Dei nisi in scripturis nullum sit:
duo hinc capita ineuitabili necessitate colligi.

XXXV.

Prius ita se habet: Omnia, quæ ad salutem, Eccle-
siæ necessaria sunt, in sacrosanctis Scripturarum mo-
nimentis contineri: aut, ut Athanasius loquitur, san-
ctas & diuinitus inspiratas Scripturas ad omnem in-
structionem veritatis sufficere.

Athan.
contra
gentes

Alte-

XXXVI.

Alterum ex contrario sensu sumitur, videlicet, Quicquid de scripturis sanctis auctoritatem non habet, saluti non esse necessarium: Et per consequens, si sub salutis necessitate asseratur, eadem facilitate contemni, qua probatur.

Hieron. in
Matth. 23.

XXXVII.

Hinc illud etiã conficitur, Tantã esse scripturarũ (Canonicas semper intelligimus) auctoritatem, ut penes has iudiciũ esse debeat de omni dogmate: scripturis autem sacris præiudicare aliarum rerum planè nihil possit.

XXXVIII.

Quam auctoritatem non habent S. literæ ab Ecclesia, non ab ullo ordine, aut hominum genere: sed eam Deo auctori, Spiritui sancto inspiratori duntaxat acceptum referunt.

XXXIX.

Quas tamen si varias esse iustissimas ob causas summus rerũ omnium auctor atq; arbiter voluit: sic tamen ad captum humanũ accommodavit, ut quæ saluti essent scitu necessaria, planissimè in iis exposuerit.

XL.

Quas ita veras piasq; esse assertiones credimus atq; affirmamus, ut his contraria statuentes, omnium hæreticorum pessimos esse, quippe principia ipsa fidei & religionis nostræ conuellentes, pronunciemus.



Jf 4600

ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





B.I.G.

Farbkarte #13

XI

19

DISPUTATIO

DE

BO DEI SCRIPTO ET NON SCRIPTO.

IN QVA,

E GEORGIO MYLIO

ANO, D. PROFESSORE

GO, ET ACADEMIAE CAN,

obtinendo, ut loquuntur, loco in Fa

theologica disputaturo, pro ingenij

respondebit M. BALTHASAR

TINGERVS, Die xxx Iulij,

M. H. VI. in auditorio

Collegij noui.



k.

UITEBERGAE.

excusa typis Simonis Gronenbergij.

M. D. LXXXV.

25

